INGENUUS UENUNDARE.

Quicumq(ue) ingenuus se uendi permi
serit & praetium cum uenditore
partitus est, itcircum uenire emptore
proclamas postea nullatenus audiatur
sed in ea qua uoluit seruitute permane
at. quia non est dignus ut liber sit qui
se uolens subdidit seruituti. & tamen
si ipse qui se uendi derit uel uenundari
permiserit praetium unde se redimat
habere potuerit. aut si parentes eius re
demptione pro eo ei cui se uendidit
dare elegerint reddito ad integrum
praetio q(uo)d pro uenditi persona emptor
accepit. ad ingenuitatis titulum ille
qui se uendiderat poterit reuocare.

XI DE UIRIS AC MULIERIS INGENUIS A SER
UO UEL INGENUO UENDITIS.

Si ingenuus ingenuum uendere uel do
nare p(rae)sumpserit huiusmodi p(rae)sumptore
iudex conp(re)hendere non moretur. ita ut
ingenuus ille in statum suum reductus
c. auri sol(idos) a praesumptore percipiat.
aut si non habuerit unde conponat. c.
flagella publice uerberatus in potesta
te eius seruiturus tradatur. quem uen
dere aut donare p(rae)sumpserat. seruus
aut(em) in ingenuam personam talia facere
fortasse p(rae)sumens conprehensus
a iudice. ducentorum flagellorum ictu
b(us) publice uerberetur & decaluatus
turpiter eius perenniter seruitio ad
dicatur. atq(ue) etiam de mulierib(us) inge
nuis uenditis uel donatis huius ordinis
forma seruetur.

XII. NON LICERE PARENTI
BUS FILIOS SUOS QUOCUMQ(UE) CONTRACTO
ALTERIUS DOMINO SUBIUGARE.

Parentib(us) filios suos uendere non liceat
aut donare uel opignerare uel ex illis
aliquid iuri suo defendat. ille qui acce
perit sed magis praetium uel repositio
nis commodum quod dederat perdat
quia parentib(us) filium conparauit.

XIII. DE SERUORUM UENDITIS REBUS.

Res iuris alieni in domini uoluntate
a beo qui non hab& distrahendi
personam alienari non patimur. Ideo
q(ue) cum promulgata sanctio iuri sanci
qui non sine dominorum dispendio ser
uorum definitiones inritum prae
ceperit reuocari. prouidentiori decre
to consulimus. si leges patrias ad equi
tatis regulam redicamus sicq(ue) melius
eorum statuta corrigere quam cum eis
pariter oberrare. Quapp(ro)p(ter) si quis ser
uum uel ancillam alienam sciens ab eis
deinceps domum agrum uel uineam
seu mancipium sub quacumque defi
nitione perceperat. donatio siquide(m)
uel repositio. De talibus personis con
tracta non ualeat. ita ut precdatum
commodum pro se positione reddat.
uenditio uero cum dis[...] pendio
conparantis inrupta. Ne ad serui
uel ancille domino in integro reuo
cetur. ut emptor praetium ex omni
b(us) perdat. iuste enim quod per ambi
tione dederat uideatur amittere
qui suo domino rem censuis alienari
nititur adplicare. praedicte uero
seruiles persone. si animalia quae
lib& bruta uendiderint. seu res

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Archives départementales du Bas-Rhin · Conseil Général Bas-Rhin
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Archives départementales du Bas-Rhin
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/adbr_151j50/0001